Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



v

effugiant. et ad scripturas promissa perducat. ℣. Cõ. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel. ℟. Salutaris tui dñe misereor sacram suppliciter deposcamus. ut animus letetur gustu recti voluntatis effectu. ℣. Feria iij. Dirige dñe deus meus viam meam coram te. veritas mea cognouit de testimonijs tuis qã in eternũ tui es. ℣. Beati immaculati in via qui ambulant in lege dñi. Oratio. Actiones nãs dñe prouocãs. gratia tua et iuua. ut in te semper a qua incipiunt per te cõpleantur. Per dñm. Lectio libri ysaie. ℟. Hec dicit dñs deus. Egredietur virga de radice yesse. et flos de radice eius ascendet. et requiescet super eum spũs dñi. spũs sapie et intellectus. spũs consilij et fortitudinis. spũs scie et pietatis. et replebit eum spũs timoris dñi. Non secundum visionem oculorum iudicabit. neq; secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes. et arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terrã virga oris sui: et spũ labiorum suorum interficiet impiũ. Et erit iustitia accinctorium lumborum eius. et fides accinctorium renum eius. Gradꝰ. Ostende nobis dñe misericordiam tuam et salutare tuum da nobis. ℣. Hec dicit dñs deus terram tuam amasti benedixisti captiuitatem iacob. Sequentia sancti Luce. Illo t. Exurgens maria: abiit in montana cum festinatione in ciuitatem iuda. et intrauit in domum zacharie et salutauit elyzabeth. Et factum est ut audiuit salutationem maria elyzabeth. exultauit infans in utero eius. Et repleta est spũ scõ elyzabeth. et exclamauit voce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc michi. ut veniat mater dñi mei ad me. Ecce enim ut facta est vox salutationis tue in auribus meis: exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata que credidisti. quoniam perficientur ea que dicta sunt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat anima mea dñm. et exultauit spũs meus in deo salutari meo. Offertorium. Deus tu conuertens. Secreta. Muneribus nris qs dñe placatus accipe. et celebre nos munda mysterijs et clemens exaudi. ℣. Cõ. Ecce dñs veniet et omnes sancti eius cum eo. et erit in die illa lux magna. Postcõ. Qui nos dñe sacramẽtis tribuis sacra restaurari. et a nequitia purgatos in mysterij salutaris facias tibi fore cõsortes